Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



est meridies. quando sol in centro
celi est. et fer uentissimum ardo
rem prestat terris. Idem status
per fectionem mentis de uote
hominum monstrat. quorum
feruor ita iunctus est. igni inui
sibili. ut ab ipsa paschatur. de lec
tatione. et illuminetur lumine
intelligentie. In prima sunt in
itia uirtutum. intercia profec
tus. in meridie per fectio. quam
per fectionem denuntiant. no
bis aliqui uersus sexte. Prima
per iocha dicit. Defecit in saluta
re tuum anima mea. Secunda
dicit. Quomodo dilexi legem tu
am domine. tota die meditatio
mea est. Tercia ita. Oculi mei de
fecerunt in salutare tuum.
Statum talium mentium uer
sus monstrat dicens. Dns regit
me et nichil michi deerit. in lo
co pascue ibi me collocauit.

De nona.

Status temporis quan
do celebratur nona.
designat feruorem studiorum.
quem exercebat mens in alti
tudidine uirtutum aliquan
tulum tepefactum esse. prop
ter temptationes accedentes.

Unde gregorius. Vitia dum
nos temptant. perficientes in no
bis uirtutes humiliant. Sicut
sol tunc descendit ab altitudi
ne intimi gaudii ad consideran
dam suam naturam atque fragi
litatem. et uidit quam facilis
sit ad occasum. Temptabatur
Paulus [illegible] dicebat. Ne mag
nitudo reuelationum extollat
me. datus est michi stimulus car
nis mee. angelus satane. qui me
colafizet. Qua de causa tempta
tur electus noster. presens magis
ter paulus. hic demonstrat. atque
insequentibus molestiam quam
patiebatur ex temptatione. ma
nifestat dicens. Propter quod ter
dnm rogaui. ut discederet a me.
Nisi ei molestiam faceret stimu
lus satane. non dnm deprecaret
ut discederet ab eo. Tandem pre
cationem sonant aliqui uersus
none. Prima per iocha dicit. Tri
bulatio et angustia inuenerunt
me. mandata tua meditatio mea
est. Quod ita augustinus in eodem
psalmo. Seruiant. persequantur.
dum tam[illegible] mandata dei non
dereliquerunt. et ex ipsis manda
tis etiam qui seruiant diligant.